

venisset ⁽¹⁾, curaturum uti salubriter componeret omnia, idque in huiusmodi re ageret quod esset decori sibi, commodo subditis, michi et his qui hoc postularent gratum. vale. Padue, .xvi. kalendas maii ⁽²⁾ 1395.

LVII.

5

P. P. VERGERIO A GIOVANNI DA BOLOGNA ⁽³⁾.

[B, c. 4; (B², c. 76); C, c. 249; R, c. 75 B; G, c. 129].

Padova,
1 maggio 1395.

Ha appreso con sgomento che, appena tornato, Giovanni è stato colpito dalla febbre.

Lo prega di toglierlo dalla sua inquietudine, inviandogli notizie intorno alla malattia, e lo esorta di nuovo ad abbandonare Muggia.

Santo è stato confermato nel suo incarico.

A CCEPI te, cum in Histriam nuper venisses, repentinam febrem passum. id scilicet restabat post recentem filioli tui morbum, quo nondum, ut vereor, solutus est ⁽⁴⁾, et tibi periculum et michi merorem adici. sane quis michi ex illius egritudine, qui plurimus fuit, timor incessit, quando tam ⁽⁵⁾ pestifera loca fugisset et in salubria veniret ⁽⁶⁾: multo certe modum omnem excessit iunctus dolori metus, cum audirem te, ex sano aëre abeuntem et in infectum redeuntem ⁽⁷⁾, parum tui curiosum, ut esse soles, integrioris etatis pleniorisque habitudinis hominem, et febre et sub insana celi regione correptum esse. hoc merore, hoc metu, hac ambiguitate quam primum me, obsecro, et re et litteris ⁽⁸⁾ leves, curesque ut valeas ac te familiamque omnem periculo eximas. in qua re si parum te carum habes aut parvi extimas, at domui ⁽⁹⁾ prospice, proinde liberis intende, familie, que ex vita atque incolumitate tua pendet, amicisque, quibus est optatissima ⁽¹⁰⁾ salus tua, consule, ac vale. Dominum Sanctum nostrum in dignitate sua stabilitum audisti, reor. gaude atque iterum vale. Padue, kalendis maiis ⁽¹¹⁾ 1395 ⁽¹²⁾.

25

(a) Codd. martias (b) BG P. P. V. Ioanni Bononensi s. d. C Ad eundem sc. Iohannem R Ioanni de Bononia phisico (c) R solutus es (d) B quando tamen (e) B fugisset et insalubria veniret C fugis sed et insalubria veniret R fugisset sed et insalubria venire G fugis sed et insalubris venire (f) C et infectum redeuntem (g) C R G primum, te obsecro, et re me et litteris (h) In B² comincia un brano dell'epistola da domui a kl. maiis 1395 (i) B² R est spectatissima (k) B martias (l) R 1495

(1) Il Caetani prese possesso della Chiesa d'Aquileia il 19 aprile del 1395 (cf. G. BIANCHI, Documenti cit., numero 5808).